



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

XX. Concordia de Ecclesia de Casimansi por monasterio de Capella in
diœcesi Bituricensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

ad Rocam inter duo loca. Unam terræ plateam ad Pi-
rum Molar. Unam sextaratum à Prospere inter duo lo-
ca. Cartalatam terræ ad Boniol. Dimidiam cartala-
tam ad Podium. Testes sunt isti. S. Hunbaldi Uria-
ensis. S. uxoris illius. S. Ugonis monachi. S. Rotge-
rij Capellani. S. Amblardi Galdet. S. Johannis de
sancto Caprasio. S. Petri de sancto Caprasio. S. Leo-
degari Vizi de Lenatia. S. Geraldi de Lenatia.

XX.

Concordia de Ecclesia de Casimansi pro mo-
nasterio de Capella in diœcesi Bituricensi.

Ex Chartulario ejusdem monasterij cap. xxxviii.

¶ c v i.

MAJORES nostri multa propter vetustatem ob-
livioni tradita & de rebus suis imminuta viden-
tes, scripturæ testimonio commemoranda eis statue-
runt. Unde & nos prudentiæ eorum assentientes, resti-
tutionem Ecclesiæ de Casimansi, quæ facta est ante
tempus Richardi Archiepiscopi, qui potentiam laico-
rum ab Ecclesiis privavit testamento paterfieri
volumus. Notum sit igitur omnibus quod Hunbaldus
de Paciaco & Raibodus de Berra & alij qui hanc su-
pradicetam Ecclesiæ sibi usurpaverant, sicuti in die-
bus illis fiebat, rectum sancti Dionysij recognoscen-
tes, qui dono Regum Francorum requirebat, præter-
missa omni calumnia reddiderunt. Quin etiam prædi-
ctus Richardus, qui penitus Ecclesiæ, uti jam dictum
est, de manu laicorum extraxit, sciens istam à Regi-
bus prænominatis sancto Dionylio datam prece, & im-
perio Alexandri Papæ, sub quo ipse permanxit, ex in-
tegro monachis de Capella habere permisit. Postea ve-
rò, tempore Aldeberti Archiepiscopi, Dacbertus Ar-
chipresbyter de sancto Desiderato, qui eam manu lai-
corum habebat, videns se non posse detinere nisi gra-
tia Prioris & aliorum monachorum, qui ecclesiastica

sententia recuperaverant , & de potestate calumniorum eripuerant , absque retinaculo dimisit . Volens autem ipsam ab illis cum amore , dum viveret , habere , impetravit à Radulfo Priore , qui tunc temporis aderat , prece supradicti Archiepiscopi quatinus eam in vita sua consilio suorum illi concederet , retinens tamen partem de redditibus Ecclesiæ propter recognitionem , videlicet vii solidos de feodo presbyterali in Pascha , & in crastina die processionem , & medietatem oblationis in festo sanctæ Mariæ de Augusto , & tertiam partem in festo omnium sanctorum , & in crastina die Natalis Domini similiter , & totum in festo Purificationis præter panes . Hoc autem factum est tali pacto uti post obitum Dacberti monachi Ecclesiæ immunem haberent ; excepto quod si aliquis sacerdos in genere suo succederet qui idoneus ad tale officium haberetur , nutu eorundem monachorum Capellanus inde efficeretur , habens eadem quæ Capellani antecedentes habuerunt . Quo pacto idem Dacbertus quandam domum in ipsa villa Ecclesiæ necessariam cum appendiciis ejus monachis post discessum suum contulit habendam , in qua Rotgerius Baratonus duos censuales nummos habebat , quos & ipse Dacbertus in feodo tenebat . Veruntamen jussit quod si ipsi possent , eodem modo tenerent . Alioquin , reddendo illos , liberam domum haberent . Dedit etiam & quandam vineam in eadem villa . Quapropter Radulfus Prior calicem auri & argenti illi dedit . De hac conventione tres cartæ factæ sunt ; quarum una per cirographum divisa , altera pars Archipresbytero , altera Priori est tradita . præter quam unusquisque aliam integrum habuit . Hoc autem est actum apud Capellam tempore Philippi Francorum Regis & Aldeberti Bituricensis Archiepiscopi .

